senex, alt, bejahrt, Greis: A. alqs: non necesse est omnis commemorare Curtios, ... postremo Priamum ipsum [senem]; Sex. Rosc. 90. postea [senex Verres] defensores atque hospites omnis Sthenii convenit; Verr. II, 96. si qui senes ac deformes erant; ib. V, 64. per ... libertum seni illi Flacco probatissimum; Flacc. 89. nemo istuc Marco illi Catoni seni ... obiecit umquam; Sulla 23. ex hoc esse numero ... M. Catonem illum senem; Arch. 16. qui (Roscius) cum esset senex mortuus, tamen ... videbatur omnino mori non debuisse; ib. 17. ad quam causam etiam Appium illum et caecum et senem delatum esse memoriae proditum est; Phil. I, 11. defendi rem publicam adulescens, non deseram senex; ib. II, 118. senex .. debilis (Q. Scaevola) primus veniebat in curiam; ib. VIII, 31.

magister: „non multa peccas", inquit ille fortissimo viro senior magister, „sed peccas"; Muren. 60.

pater: pater tuus quidem, quo utebar sene auctore adulescens, ... primas omnium civium P. Nasicae ... dare solebat; Phil. VIII, 13.

servi: servi sordidati ministrant, non nulli etiam senes; Piso 67.

B, I. accedit, al.: ut, si gladium parvo puero aut si imbecillo seni ... dederis, ipse impetu suo nemini noceat, sin ad nudum ... corpus accesserit, possit acie ipsa et ferri viribus volnerare; Sest. 24.

facit: ecquid tandem tibi videtur ... senex ille Caecilianus minoris facere Eutychum? Sex. Rosc. 46.

haeret: Deiotarum cum plures in equum sustulissent, quod haerere senex in eo posset, admirari solebamus; Deiot. 28.

loquitur: nisi mecum ipse senex ... summa cum auctoritate esset locutus; Verr. III, 62.

II, 1. removeo: removebo illum senem durum ac paene agrestem; Cael. 36.

reperio: horum ingenio senes ad coëmptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt; Muren. 27.

2. do: f. I. accedit.

respondeo: huic tristi ac derecto seni responderet Caelius ..; Cael. 38.

3. accipio a: ut accepi a senibus; Muren. 66.

conligo ex: ego illum exercitum ... magno opere contemno, conlectum ex senibus desperatis ..; Catil. II, 5.

vivo cum: cum senibus graviter, cum iuventute comiter ... vivere; Cael. 13.

III. immaturus: si ... negavi posse mortem immaturam esse consulari, quanto verius nunc negabo seni? Phil. II, 119.

IV. centuriae: qui te totiens seniorum iuniorumque centuriis illo honore adfici pronuntiavit; Verr. V, 38.

manus: cuius (M. Laenii Flacci) ego et parentis eius, pudentissimi atque optimi senis, ... manibus in navi ... conlocatus ... Dyrrachium ... petere contendi; Planc. 97.

seni, je sechs: A. anni: pueri annorum senum septenumque denum senatorium nomen nundinati sunt; Verr. II, 122.

asses: ut remissis senis et trientibus quinta prope pars vectigalium tolleretur; Sest. 55.

denarii: Elosiodoluscantum senos denarios ab eis, qui ad hostem portarent, exegissent; Font. 19.

senilis, greisenhaft: corpus: memineram ... C. Marium ... senile corpus paludibus occultasse demersum; Sest. 50.

iudicium: te sororis filius Postumius, adulescens gravis, senili iudicio, notavit, cum ..; Sest. 111.

statua: erat etiam Stesichori poëtae statua senilis; Verr. II, 87.

senium, Altersschwäche, Leid: I. est: non sunt illi eiulatus et gemitus Philoctetae tam miseri, ... quam illa exsultatio Athamantis et quam senium matricidarum; har. resp. 39.

II. confici: tota civitas confecta senio est; Milo 20.

sensim, allmählich: accedo: verebar ne illa ... oratio ad animos vestros sensim ac leniter accederet; Cael. 25.

adrepo: quibus rebus non sensim atque moderate ad istius amicitiam adrepserat; Verr. III, 158.

dico: ille sensim dicebat quod causae prodesset; tu cursim dicis aliena; Phil. II, 42.

orior: oritur (seditio) sensim ex clamore primum, deinde aliqua discessione contionis; Sest. 77.

sensus, Empfindung, Eindruck, Gefühl, Sinn, Bewußtsein, Gesinnung, Sinnesart, Denkart: I. Subject: congruunt: nostri .. sensus ut in pace semper, sic tum etiam in bello congruebant; Marcell. 16.

est: tametsi nullus in te sensus humanitatis, nulla ratio umquam fuit religionis; Verr. I, 47. si est aliqui sensus in morte praeclarorum virorum; Sest. 131. nihil est .. tam molle, tam tenerum, tam aut fragile aut flexibile quam voluntas erga nos sensusque civium; Milo 42. qui sensus erat armorum tuorum? Ligar. 9. si qui est sensus in morte; Phil. IX, 13. qui est iste tuus sensus? ib. X, 4.

latet: communis ille sensus in aliis fortasse latuit; Planc. 34.

II. nach Verben: 1. accipio: quem ipse accepi oculis animoque sensum; Verr. III, 46.

amitto: adsiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus; Sex. Rosc. 154.

amoveo: praecipuum illum et proprium sensum doloris mei ... a sententia dicenda amovebo, ad ulciscendi tempora reservabo; prov. cons. 2.

capio: qui sensum verae gloriae ceperit; Phil. V, 49.

cerno: cuius mentem sensusque et os cernimus; Marcell. 10.

cognosco: omnis habeo cognitos sensus adulescentis; Phil. V, 50.

do: quibus natura sensum dedit; leg. agr. II, 9.

exprimo: si intimos sensus civitatis expressero; Sest. 119.

foveo: „quippe ... tu gubernacula rei publicae petas fovendis hominum sensibus?" Muren. 74.

habeo: tamen mirari solebam istum in his ipsis rebus aliquem sensum habere; Verr. IV, 33. f. cognosco.

imploro: implorarem sensus vestros; Sulla 64.
incito: sic suos sensus voluptarios omnis incitavit, ... ut ..; Piso 69.
percipio: quoniam est id aetatis ut sensum iam percipere possit ex maerore patrio; Flacc. 106.
recondo: quibus (ansis) reconditos eius sensus tenere possemus; Sest. 22.
repudio: an ego poteram ... communem naturae sensum repudiare? dom. 97.
reservo: ille moriens ... extremum sensum ad memoriam rei publicae reservabat; Cael. 59. ſ. amoveo.
restinguo: ut alii dicerent animos hominum sensusque morte restingui, alii ..; Sest. 47.
teneo: ſ. recondo.
volnero: dubitas, quorum mentis sensusque volneras, eorum aspectum praesentiamque vitare? Catil. I, 17.
2. careo: „quid iam ista C. Mario .. nocere possunt [quoniam sensu et vita caret]"? Rabir. 29. quorum alterum fugiendum non esse, carere sensu, alterum etiam optandum, meliore esse sensu; Sest. 47.
sum: ſ. careo; Sest. 47.
3. abicio ad: quem vos, ... abiectum non tam ad pedes quam mores sensusque vestros, ... sustentate; Cael. 79.
absum a: haec (memoria) .. sive a meo sensu post mortem afutura est sive ..; Arch. 30.
adfigo in: quae (causa) ... in animo sensuque meo penitus adfixa atque insita est; Verr. V, 139.
duco ex: quae (disputatio) ducatur ex ... omnium sensibus; Fr. C, 27.
flecto ad: qui (Gaditani) ... ab omni studio sensuque Poenorum mentis suas ad nostrum imperium nomenque flexerunt; Balb. 39.
infigo in: quod in communibus hominum sensibus ... positum atque infixum est; Cluent. 17.
insero in: ſ. adfigo in. — pono in: ſ. infigo in.
III. **nach Adjectiven:** expers, ignarus: nec tam sum ... vestri sensus ignarus atque expers, ut ..; Milo 72.
IV. **nach Substantiven:** pars: si ullam partem habes sensus; Phil. II, 86.
stupor: ut quidam morbo aliquo et sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt; Phil. II, 115.
testis: cuius mei sensus certissimus testis est ... Cn. Plancius; sen. 35.
V. **Umstand:** 1. adficere: an vos quoque hic .. innocentium cruciatus ... pari sensu doloris adficit? Verr. V, 123.
commoveri: qui simili sensu atque indulgentia filiarum commovemini; Verr. I, 112.
devorare: verbum ipsum (voluptatis) omnibus animi et corporis *sensibus* devorabat; Sest. 23.
gustare: quod si ipsi haec neque attingere neque sensu nostro gustare possemus, tamen ..; Arch. 17.
includi: omne odium, inclusum nefariis sensibus impiorum, in me profudistis; Piso 16.
ire: „si me rectis sensibus euntem di immortales ... adiuverint"; Phil. XIII, 45.
rapere: ad quem metum si deorum monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu coniecturaque raperemur; har. resp. 54.
superare: nec .. hoc ipso huius gentis ac terrae domestico nativoque sensu Italos ipsos ac Latinos ... superavimus; har. resp. 19.
valere: valeret (pater) ... communi sensu omnium et dulcissima commendatione naturae; Planc. 31.
2. ad: vidi ... forum comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationemque acerbo et lugubri; Verr. I, 58.
cum: „ne cum sensu doloris aliquo spiritus auferatur"; Verr. V, 118.
de: ego .. de meo sensu iudico; Catil. IV, 11.
ex: ea pro me ipso ex animi mei sensu ac dolore pronuntio; Sex. Rosc. 129.
praeter: quid ei tandem eripuit mors praeter sensum doloris? Cluent. 171.
pro: cum in eam rationem pro suo quisque sensu ac dolore loqueretur; Verr. I, 69.
sine: plerique ut sine mente ac sine ullo sensu iacerent; Verr. V, 28. cum ... hic .. nihil possit offensionis accipere sine acerbissimo animi sensu ac molestia; Cluent. 10. quod sine sensu nascimur; Catil. III, 2. sine sensu, sine sapore, elinguem, tardum, inhumanum negotium ... diceres; sen. 14. quamvis enim ... sine sensu sis; Phil. II, 68.

sententia, Sinn, Gesinnung, Gedanke, Meinung, Stimme, Votum, Urtheil, Spruch: I. **Subject:**
accedit: ut ad cumulum spe maiorum praemiorum ipsius Staieni sententia septima decima accederet; Cluent. 74.
adfert: mihi necessitatem attulit paulo plura dicendi sententia eius, qui ..; Phil. X, 2. quid? si etiam tarditatem adfert ista sententia ad Dolabellam persequendum? ib. XI, 25.
censent: cum ... exsisterent non nullae, sed perpaucae tamen acerbae sententiae, quae censerent, ut ..; Rab. Post. 13.
consentiunt: ut vestrae mentes atque sententiae cum populi Romani voluntatibus suffragiisque consentiant; Muren. 1.
desunt: quattuor tibi sententias solas ad perniciem defuisse; Fr. B. XIII, VII, 2.
est: mea fuit semper haec in hac re voluntas et sententia; div. Caec. 16. inventus est nemo cuius non haec et sententia esset et oratio; Verr. I, 68. qualis istius in senatu sententia futura sit; ib. II, 76. an tu maiores ullas inimicitias putas esse quam contrarias hominum sententias? ib. III, 6. deinde crimen sine accusatore, sententia sine consilio (est); ib. V, 23. quam (sententiam) suam Staienus esse dicebat; Cluent. 55. video adhuc duas esse sententias, unam D. Silani, ... alteram C. Caesaris; Catil. IV, 7. huius sententiae sunt et praecepta huius modi; Muren. 61. quae est .. alia vis, quae sententia Caeciliae legis et Didiae nisi haec, ne ..? dom. 53. sententia verior, gravior, melior, utilior rei publicae nulla esse potuit; ib. 68. mea fuerunt verba fortasse plura, sententiae quidem omnes haruspicum; har. resp. 61. diversae voluntates civium fuerunt distractaeque sententiae; Marcell. 30. quae fuerit cuiusque sententia; Phil. VI, 1. illa vero ... aliena consulum dignitate, aliena temporum gravitate sententia est, ut consules ... Asiam et Syriam sortiantur; ib. XI, 21. mea quidem ad omnia postulata una sententia; ib. XII, 28. quae .. est ista sententia, ut ..? ib. XIV, 2.
existunt: ſ. censent.
facit: rem et sententiam interdicti mecum facere fatebatur; Caecin. 79.
importat: velim existimes ... sententiam tuam aut ... pestem importaturam esse regibus aut incolumem famam; Deiot. 43.
inclinant: nunc quicquid est, quocumque vestrae mentes inclinant atque sententiae; Catil. IV, 6.
offendit: si cuius forte pontificis animum ... mea sententia offendit; dom. 31.
perturbat: me perturbasset eius sententia, qui primus rogatus est, nisi ..; Phil. V, 1.
perveniunt: cum omnes ... horum mensum ..

sententiae meae pervenerint ad eum ... exitum; Phil. XII, 22.

potest: f. est; dom. 68.

valet: iuris rem et sententiam || retineri sent. || et aequitatem plurimum valere oportere; Caecin. 77. quae sententia si valuisset; Phil. II, 38. haec sententia .. sic per triduum valuit, ut ..; ib. VI, 3.

videtur: etiam si paulo minus utilis vobis sententia videretur; prov. cons. 1.

vincit: nisi sententiam sententia alia vicerit melior; Muren. 65.

II. **nach Verben:** 1. **Accusativ:** adfero: scriptam attulerat consularis quidam sententiam; Phil. III, 20.

agito: quae (sententia) erat superioribus diebus agitata in senatu; dom. 9.

antefero: num etiam ... splendorem tuum, ... sententiam senatoriam nobis aut ... cuiquam es infimo ... antelaturus? Piso 64.

approbo: Cn. Pompeius approbata laudataque Cottae sententia dixit ..; Sest. 74.

arbitror: duae dictae sunt sententiae, quarum neutram probo: alteram, quia semper ... periculosam arbitror; alteram, quia alienam his temporibus existimo; Phil. XI, 16.

ascribo: ascribat ad iudicium suum non modo meam, sed huius etiam ipsius, qui commisit, sententiam; Rab. Post. 1.

audio: cuius contionis primum universum argumentum sententiamque audite! har. resp. 8.

cognosco: in hac re, cognita sententia interdicti, verba subtiliter exquiri omnia noluerunt; Caecin. 57. si ... re et sententia cognita non id, quod intellegitur, sed id, quod dicitur valebit; ib. 81. hac Antonii sententia cognita dubitaturumne A. Hirtium aut C. Pansam consules putatis quin ..? Phil. XIII, 46.

commuto: quotiens (ego hunc vidi) revocatum eandem rem dicere commutatis verbis atque sententiis! Arch. 18.

comprobo: istam tuam ... sententiam laudo vehementissimeque comprobo; imp. Pomp. 69. hanc meam sententiam ... P. Servilii sententia comprobari necesse est; Phil. IX, 14. eam quam dixi sententiam vobis ... censeo comprobandam; ib. XI, 40.

condemno: is ... tum me expulso ..., tum sententia sua condemnata in hac urbe esse posset? Sest. 63.

consequor: qui legum praemiis praetoriam sententiam ... consequuntur; Balb. 57.

corrigo: hac rogatione non iudicum sententia, sed legis vitium corrigebatur; Sulla 63. in eodem excipiendo sententiam meam corrigebant; Phil. VIII, 32.

corrumpo: cuius ministris ... damnatis ipse ... pecuniam iudici dederit ad sententias iudicum corrumpendas; Cluent. 125.

defendo: ornate et copiose L. Crassus ... iudicio centumvirali hanc sententiam defendit; Caecin. 53. non semper easdem sententias ab eisdem, sed quascumque rei publicae status ... postularet, esse defensas; Planc. 94.

defigo: quam (sententiam) populi sermo in animis nostris iam ante defixerat; dom. 9.

deminuo: si ulla ex parte sententia huius interdicti deminuta aut infirmata sit; Caecin. 38.

dico: illam unam (sententiam) nemo ... suam dici vellet; Cluent. 105. f. **dico,** III. sententiam (64 St.) B. II, S. 103, b.

distraho: f. I. est; Marcell. 30.

divido: divisa sententia est postulante nescio quo; Milo 14.

emo: si ... Oppianicum iudici ad emendas sententias dedisse pecuniam iudicatum est; Cluent. 102.

existimo: f. arbitror.

exspecto: exspectabant sententias eorum, quos corruptos esse putabant; Cluent. 75.

extimesco: non numquam consilia ac sententias inimicorum suorum extimescunt; har. resp. 55.

fero: f. **fero,** III. sententiam (11 St.) B. II, S. 338. — **de,** III. sententia, fero (15 St.) B. II, S. 18.

flagito: non auditis meam sententiam flagitari? Phil. VII, 14.

fugio: fugisti sententiam legis; Planc. 42.

habeo: cuius omnis oratio hanc habuit primo sententiam; Verr. IV, 138. habemus .. a Caesare ... sententiam tamquam obsidem perpetuae in rem publicam voluntatis; Catil. IV, 9.

infirmo: f. deminuo.

intellego: cum voluntas et consilium et sententia interdicti intellegatur; Caecin. 58.

laudo: horum ego sententiam ne laudem, impedior Cn. Pompei triumphis; dom. 19. malui viginti diebus post sententiam meam laudari ab omnibus quam a paucis hodie vituperari; Phil. VI, 16. f. approbo. comprobo; imp. Pomp. 69.

moderor: neque esse inconstantis puto sententiam tamquam aliquod navigium ... ex rei publicae tempestate moderari; Balb. 61. cum alios male sentire ... videam, alios ... sententiam .. suam non semper utilitate rei publicae ... moderari; Phil. XIV, 17.

muto: sequar auctoritatem vestram, mutabo meam sententiam; leg. agr. II, 16. si L. Catilina ... subito .. sententiam mutaverit; Catil. II, 14. sapientem ... sententiam mutare numquam; Muren. 61. „mutare sententiam turpe est"; ib. 62. mutabunt sententiam qui poterunt; Flacc. 105.

noto: ut discoloribus signis iuratorum hominum sententiae notarentur; Verr. a. pr. 40.

paro: parata de circumscribendo adulescente sententia consularis; Phil. XIII, 19.

perscribo: principum sententiae perscribi solent; Verr. IV, 143.

perspicio: qui rem sententiamque non perspiciat; Verr. II, 148.

pertimesco: nos ... lectissimorum civium et amplissimorum sententias pertimescimus; Flacc. 97.

pono: sententia civitatis posita est in legibus; Cluent. 146.

postulo: quascumque (sententias) rei publicae status, inclinatio temporum, ratio concordiae postularet; Planc. 94.

praesto: cum (Cn. Pompeius) ... senatus sententiam praestaret; Piso 80.

probo: qui (sententiam) probarint; dom. 9. illae sententiae virorum clarissimorum minime probandae sunt; prov. cons. 36. f. arbitror.

propono: quem (virum) de ... proposita .. sententia nulla contumelia possit depellere; Ligar. 26.

refero: hic ... sententias vestras in codicillos ... referebat; Phil. VIII, 28.

reperio: ut ... vestrae sententiae optimo cuique infestissimae atque inimicissimae reperiantur; Flacc. 94.

reprehendo: num .. in hoc officio ... sententia mea reprehenditur? dom. 18.

repudio: intellego .. a vobis hanc sententiam repudiari; Phil. VI, 3.

rogo: cum esset sententiam rogatus; Verr. a. pr. 44. si ipse A. Cluentius sententiam de iudiciis rogaretur; Cluent. 136. hos ego video [consul] et de re publica sententiam rogo; Catil. I, 9. quem ... tertio loco sententiam rogaras; sen. 17. multis iam sententiis dictis rogatus sum senten-

tiam; dom. 16. tum princeps rogatus sententiam L. Cotta dixit id, quod ..; Sest. 73. quem in senatu sententiam rogabas tertium; Piso 11. qui (consulares) utinam omnes ante me sententiam rogarentur! Phil. V, 5. qui ordo in sententiis rogandis servari solet; ib. 35. qui te sententiam primum rogat; ib. X, 3.

scribo: f. adfero.

sequor: quas (sententias) senatus sine ulla varietate est secutus; Catil. III, 13. si eritis secuti sententiam C. Caesaris, .. minus erunt ... mihi populares impetus pertimescendi; sin illam alteram, nescio an ..; ib. IV, 9. sive hoc statueritis, ... sive Silani sententiam sequi malueritis; ib. 11. quam (sententiam) vos secuti mihi dignitatem meam reddidistis; sen. 31. P. Lentuli sententiam ... vos secuti, in eo me loco, in quo ... fueram, ... reposuistis; Quir. 17. quam (sententiam) senatus frequens ... secutus est; dom. 9. eodem .. consilio M. Bibuli ... senatus sententiam secutus est; ib. 69. cuius sententiam ita frequentissimus senatus secutus est, ut ..; Sest. 129. cuius sententiam senatus [omnis] de salute mea gravissimam et ornatissimam secutus est; Milo 39. quam ut hi fratres diversas sententias ... sequerentur; Ligar. 34. facile erit statuere quam sententiam ... sequamini; Phil. V, 6. plures eam sententiam secuti sunt, ut quantum senatus auctoritas ... apud Antonium (valitura) esset per legatos experiremur; ib. VI, 3. cum unus aliquis sententiam tuam secutus sit; ib. X, 3.

significo: cum tu ... verbo numquam significaris sententiam tuam tantis in naufragiis civitatis; Piso 9.

tollo: tollite hanc (sententiam)! Phil. XIV, 3. semel et saepius sententiam meam de numero sententiarum sustulerunt; ib. 22.

trado: cuius ego ne beneficiis quidem sententiam meam tradidissem; Piso 79.

vario: eum, qui ... matrem necavisset variatis hominum sententiis non solum divina, sed etiam sapientissimae deae sententia liberatum; Milo 8.

vinco: nisi sententiam sententia alia vicerit melior; Muren. 65. victa est ... te auctore nostra sententia; Phil. VIII, 1.

vitupero: f. laudo; Phil. VI, 16.

2. **Dativ:** adlino: nullae sordes videbantur his sententiis adlini posse; Verr. a. pr. 17.

adsentior: sum eius sententiae libenter adsensus; Phil. XI, 15.

faveo: animadverto ... quosdam huic favere sententiae; Phil. XIV, 3.

permitto: ut Sex. Roscii vita erepta de manibus sectorum sententiis iudicum permitteretur; Sex. Rosc. 149.

3. **Ablativ:** utor: qua (sententia) cum antea tum hodie vel maxime usus es; Marcell. 32.

4. **mit Präpositionen:** aberro a: animus aberrat a sententia; Phil. VII, 1.

confugio ad: si ad interdicti sententiam confugis; Caecin. 83.

decedo de: ipsum sapientem ... de sententia decedere aliquando; Muren. 63. qui (vir) de civitate decedere quam de sententia maluit; Balb. 11.

deduco de: hosce homines minime puto pertimescendos, quod .. deduci de sententia possunt; Catil. II, 18.

defigo in: ut ... omnem ... spem (temporum) reliquorum ... in vestris sententiis ... positam et defixam putetis; Flacc. 3.

deicio de: eum ... de sententia deiecistis; Phil. IX, 8.

demoveo de: ut ne quis te de vera et certa possit sententia demovere; Verr. a. pr. 52. qui (Q. Metellus) ... de civitate maluit quam de sententia demoveri; Sest. 101.

depello de: f. 1. propono; Ligar. 26.

deterreo a: quos ... a libidinosa sententia certum et definitum ius religionum ... deterret; dom. 4. aetas eius certe ab hac sententia neminem deterrebit; Phil. XIV, 28.

dico de: reliquum est ut de Q. Catuli ... sententia dicendum esse videatur; imp. Pomp. 59. nondum de mea sententia dico; dom. 4.

discrepo a: factum tuum a sententia legis doceo discrepare; Planc. 42.

disputo de: quorum ego de sententia non debeo disputare; Cluent. 106. dum .. de singulis sententiis breviter disputo; Phil. XIII, 22.

dissentio a: ut nulla in re a ceterorum sententiis Sulla dissenserit; Sulla 60.

ingredior in: quibus (dis) ego ducibus in hanc spem sententiamque sum ingressus; Catil. II, 29.

intersum inter: hoc interest .. inter meam sententiam et tuam; Phil. VIII, 15.

maneo in: ut ... maneas in sententia; imp. Pomp. 69. nisi te, C. Caesar, ... in ista sententia ... manente salvi esse non possumus; Marcell. 32. in sententia mansi; Phil. II, 89. manete in sententia; ib. XIV, 2.

moveo de: cum te neque principes civitatis rogando ... neque frequens senatus agendo de ... sententia movere potuit; Phil. II, 52.

pendeo in: in sententiis omnium civium famam nostram fortunamque pendere; Piso 98.

permaneo in: si (in sententia) permanebunt; Catil. II, 18. „in sententia permaneto!" Muren. 65.

persevero in: ut vos in ista sententia ... perseveretis! Phil. IV, 11.

persto in: perstat in sententia Saturius; Qu. Rosc. 56.

pono in: belli nomen ponendum quidam in sententia non putabant; Phil. VIII, 2. f. defigo in.

redeo ad: nunc ante quam ad sententiam redeo, de me pauca dicam; Catil. IV, 20.

seiungo a: vide quam tibi defensionem patefecerim, ... quam seiunctam a voluntate ac sententia legis; Verr. III, 193.

sum in: qui erant in eadem sententia; imp. Pomp. 56. P. Saturius in eadem sententia fuit; Cluent. 107. si quod in sententia vitium est; dom. 9. quin, si Q. Ligarius in Italia esse potuisset, in eadem sententia fuerit futurus, in qua fratres fuerunt; Ligar. 34. esto: sit in verbis tuis hic stupor: quanto in ... sententiis .. maior? Phil. II, 30.

traduco ad: traduxit me ad suam sententiam; Cluent. 144.

versor in: omnia sua iura ... in vestris sententiis versari arbitrantur; Verr. V, 172.

III. **nach Substantiven:** 1. **Genetiv:** alqs quod eos in iudicando nimium sui iuris sententiaeque cognosset; Verr. I, 18.

alqd: quidnam sententiae ferrent leves ac nummarii iudices; Cluent. 75.

auctor: fortasse minus erunt hoc auctore et cognitore huiusce sententiae mihi populares impetus pertimescendi; Catil. IV, 9. quoniam princeps ego sum eius (sententiae) atque auctor; dom. 10. harum ego sententiarum et princeps et auctor fui; Balb. 61. se quod velletis esse facturum, neque eius sententiae periculum vitaturum, cuius ipse auctor fuisset; Phil. IX, 9.

causa: nullam tam pravae sententiae causam reperietis; Phil. XIV, 3.

cognitor: f. auctor; Catil. IV, 9.

comes: me non solum comitem esse sententiae vestrae, sed etiam laudatorem vidistis; prov. cons. 25.

commutatio: quod in imperita multitudine est vitiosissimum, varietas et inconstantia et crebra tamquam tempestatum sic sententiarum commutatio; dom. 4.

copia: copiam sententiarum ... perspexistis; Cael. 45.

disiunctio: ita dissensi ab illo, ut in disiunctione sententiae coniuncti tamen amicitia maneremus; prov. cons. 40.

dux: homines ... L. Pisonem ducem optimae sententiae non secutos; Phil. I, 14.

iudicium: ad horum omnium iudicia ... domesticum iudicium accessit [sententiae et damnationis tuae]; Piso 97

laudator: f. comes.

numerus: quadragena milia nummum ... eum numerum sententiarum conficere debebant; Cluent. 74. f. tollo; Phil. XIV, 22.

obstinatio: quae ego omnia ... obstinatione quadam sententiae repudiavi; prov. cons. 41.

periculum: f. auctor; Phil. IX, 9.

perseverantia: cum (ille) perseverantiam sententiae suae, non salutem rei publicae retinuisset; Planc. 89.

princeps: hic in senatu princeps sententiae fuit; dom. 30. postero die frequentissimus senatus, te consule designato, Lentule, sententiae principe, ... statuit ..; har. resp. 13. f. auctor; dom. 10. Balb. 61.

ratio: uter .. facilius suae sententiae rationem redderet? Cluent. 106.

varietas: in magna varietate sententiarum numquam ullum fuisse locum, in quo ..; Sest. 118.

2. **Ablativ:** versus: „de Domitio dixit versum Graecum eadem sententia, qua etiam nos habemus Latinum"; Deiot. 25.

3. **mit Präpositionen:** discessio in: has in sententias meas si consules discessionem facere voluissent; Phil. XIV, 21.

IV. **Umstand:** 1. **Ablativ:** absolvi: servus ille innocens omnibus sententiis absolvitur; Verr. IV, 100. cum esset Scamander unius Staieni [sententia absolutus], patronus autem Scamandri ne sua quidem sententia liberatus; Cluent. 67. tametsi ille una sententia est absolutus; ib. 105. quorum nullius sententia est Oppianicus absolutus; ib. 107.

abstergere: atque utinam his omnibus abstergere fletum sententiis nostris ... possemus! Phil. XIV, 34.

adfligere: si ... hunc vestris sententiis adflixeritis, quo se miser vertet? Muren. 88.

agere: id utile omnibus esse spectari quo consilio et qua sententia, non quibus quidque verbis esset actum; Caecin. 81.

alere: qui spem Catilinae mollibus sententiis aluerunt; Catil. I, 30.

ascribi: mea quidem sententia .. unus A. Gabinius ... Cn. Pompeio socius ascribitur; imp. Pomp. 58.

complecti: omnia mea sententia complectar; Phil. III, 14. causas ... complectar ipsa sententia; ib. XIV, 29. sed ut aliquando sententia complectar, ita censeo; ib. 36.

componi: non solum re et sententia, sed verbis quoque hoc interdictum ita esse compositum, ut ..; Caecin. 86.

comprobare: eidem .. consules ... omnia ... voce ac sententia sua comprobaverunt; Sest. 33. cum ... ea ... consulum ... voce et sententia comprobarentur; ib. 35. quod (foedus) populus Romanus voluntate et sententiis suis comprobat; Balb. 35. cum (populus Gaditanus) scita ac iussa nostra sua sententia comprobat; ib. 42. illam (caedem) .. senatus non sententiis suis solum, sed etiam studiis comprobavit; Milo 12. hanc meam sententiam ... P. Servilii sententia comprobari necesse est; Phil. IX, 14.

condemnare: condemnatur enim perpaucis sententiis Philodamus et eius filius; Verr. I, 75. quo facilius vos hunc omnibus sententiis condemnare possitis; ib. IV, 100. istum ... omnium mortalium sententiis condemnavi; ib. V, 177. omnibus sententiis praeter unam ... Scamander ... condemnatus est; Cluent. 55. ita tum Fabricius ... sententiis iudicum est condemnatus; ib. 59. hoc addit testimonii, sua illum sententia ... condemnatum iri; ib. 72. Staieni sententia (reum) condemnatum videbant; ib. 78. iudicat eius sententia gratis esse Oppianicum condemnatum; ib. 132. quorum sententiis Cluentium condemnatum esse dicitis; ib. 136. condemnatus est Polemocrates sententiis omnibus; Flacc. 74. an quia non condemnavi sententia mea duo consules, sum reprehendendus? dom. 9. qui (Plancus) omnibus sententiis ... condemnatus ... se coniecit in turbam; Phil. IV, 10.

confici: sententiis XVI absolutio confici poterat; Cluent. 74.

configi: meminerant eius sententiis confixum Antonium; Phil. XII, 18.

consequi: plus multo erunt vestris sententiis quam suis gladiis consecuti; Muren. 79.

constitui: quod ea ... auctoritate erant et sententia Ser. Sulpicii constituta; Phil. IX, 7.

damnari: contendam, eum ... iuratorum iudicum sententiis damnari oportere; Verr. V, 19.

dare: at enim ... C. Caesari .. imperium extraordinarium mea sententia dedi; Phil. XI, 20. Cassio .. sententia mea dominatum et principatum dari; ib. 36.

decernere: postea decernitur ac non varie, sed prope cunctis sententiis; Verr. IV, 145. supplicationem quindecim dierum decrevi sententia mea; prov. cons. 26.

declarare: sic sunt expressa ista praeclara ... psephismata, non sententiis neque auctoritatibus declarata ..; Flacc. 15. nihil iudices sententiis, ... nihil hic ordo auctoritate declaravit; sen. 6. M. .. Calidius ... sententia sua quam esset cara sibi mea salus declaravit; ib. 22. ut sua studia ... sententiis declararent; Milo 4.

defendere: qui me vestris sententiis auctoritatibusque defendistis; dom. 69.

detrahere: at ei ... illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant; prov. cons. 19.

deturbari: hi ... consulem ... deici de urbis praesidio et de custodia civitatis vestris sententiis deturbari volunt; Muren. 79.

dissolvi: haec agrorum adsignatio paulo ante .. L. Caesaris ... sententia dissoluta est; Phil. VI, 14.

disturbare: quam porticum ... non modo sententiis, sed ... manibus vestris disturbare cuperetis; dom. 103.

duplicari: cuius sententia .. duplicata est supplicatio consularis; prov. cons. 27.

expellere: hunc sua quisquam sententia ex hac urbe expellet? Milo 104.

facere: id quod in omni mea causa semper studiis, consiliis, auctoritatibus sententiisque fecistis; dom. 100.

firmare: quorum commoda ... semper ego sententia, auctoritate, oratione firmavi; Phil. XII, 29.

iacere: ieci sententia mea ... fundamenta rei publicae; Phil. V, 30.

instrui: hunc mea sententia divinis quibusdam bonis instructum atque ornatum puto; Cael. 39.

iudicare: qui (consularis) sua sententia C. Caesarem hostem iudicaret; Phil. V, 23. qui cunctis

senatus sententiis hostis est iudicatus; ib. XI, 9. cum ... hostem sua sententia iudicavit; ib. 27. necesse est, eos, qui re sunt hostes, ... sententiis nostris hostis iudicari; ib. XIV, 21.

lenis: qui ... oratione fuit quam sententia lenior; Phil. VIII, 1.

liberare: si qui istum ... iurati sententia sua liberarint; Verr. I, 9. f. absolvi; Cluent. 67. — II, 1. vario.

mittere: L. Philippus dixisse dicitur non se illum sua sententia pro consule, sed pro consulibus mittere; ib. 62.

notari: quod si ille ... Gabinium et Pisonem ... sententia sua ... esse notandos putavit; prov. cons. 2.

opprimere: quos vi ... delere non potuerunt, hos ... vestris sententiis se oppressuros arbitrantur; Sest. 2. ut suum praefectum fabrum ... vestris oppressum sententiis audiat; Balb. 64.

ornare: D. Brutum nonne omnibus sententiis semper ornavi? Phil. XI, 36. f. instrui.

perficere: is .. sum, ... qui sententiis ... perfecerim ut ..; Phil. XII, 21.

perire: omnibus, qui in latrones inciderint, ... vestris sententiis esse pereundum; Milo 30.

permanere: his sententiis Piso in provincia permanebit; prov. cons. 38.

putare: ego mea sententia C. Caesari succedendum nondum putarem; prov. cons. 18.

reicere: omnia ad senatum mea sententia reiciam; Phil. XII, 28.

restituere: quem ... sententiis restituistis; dom. 147.

retineri: ea (vis), tametsi verbis interdicti non concluditur, sententia tamen iuris atque auctoritate retinetur; Caecin. 63.

scribere: ita de me illum ... hostem ... pudicitiae scripsisse, quae scripsisset, eis verbis, rebus, sententiis, ut ..; Sest. 73.

spoliare: alterum (Brutum) tua sententia spolias .. copiis; Phil. X, 4. tuis .. severissimis gravissimisque sententiis omni est ... spe salutis spoliatus Antonius; ib. XII, 5.

subvenire: senatui populoque Romano non est licitum ... sententiis atque auctoritate sua ... rei publicae subvenire; sen. 16.

suscipere: princeps P. Lentulus auctoritate ac sententia sua ... causam suscepit; Sest. 70.

tribuere: sententia mea, ... si dignitas agitur Caesaris, homini tribuam; prov. cons. 47.

vinci: ego .. malis sententiis vinci non possum, bonis forsitan possim et libenter; Phil. XIV, 18.

vivere: quibus (sententiis) ad hanc diem viximus; Phil. II, 19.

zum Satz: id quod ad rem mea sententia maxime pertinet; Sex. Rosc. 88. homo mea sententia prudentissimus; Caecin. 22. quae est igitur poena? quod supplicium? id mea sententia, quod accidere nemini potest nisi nocenti; Piso 43. mea .. sententia, qui rei publicae sit hostis, felix esse nemo potest; Phil. II, 64. omnino mea quidem sententia legem illam appellare fas non est; ib. XIII, 32. s .. demum est mea quidem sententia iustus triumphus ac verus; ib. XIV, 13.

elliptisch: memoria tenent ... meis sententiis .. numquam legatos ad Antonium; Phil. XIV, 20.

2. **Präpositionen:** ad: dubitatis igitur, iudice, quin vos M. Laterensis suo iudicio non ad sententiam legis, sed ad suam spem aliquam de civitate delegerit? Planc. 39.

de: de amicorum cognatorumque sententia Romam confugit; Sex. Rosc. 27. multa scelerate, multa audaciter ‖ audacter ‖, multa improbe fecisti, unum stultissime, profecto tua sponte, non de Erucii sententia; ib. 104. in his nuper Annaea de multorum propinquorum sententia pecuniosa mulier quod censa non erat, testamento fecit heredem filiam; Verr. I, 111. quod is de decem legatorum sententia statuit; ib. II, 32. quam (legem) P. Rupilius consul de decem legatorum sententia dedisset; ib. 39. cuius consulto P. Rupilius de decem legatorum sententia leges in Sicilia constituerat; ib. 40. capit consilium de amicorum et propinquorum sententia non adesse ad iudicium; ib. 41. hominem innocentem ... indicta causa de sententia scribae ... condemnat; ib. 75. cum ... Publius .. Rupilius postea leges ita Siculis ex senatus consulto de decem legatorum sententia dedisset; ib. 90. de amicorum hospitumque suorum sententia Thermis Sthenius Romam profugit; ib. 91. id .. de omnium sententia pronuntiatum esse; ib. 100. C. Claudius ... de eorum sententia leges Halaesinis dedit; ib. 122. placuit Caecinae de amicorum sententia constituere ..; Caecin. 20. Caecina cur ... id .. tibi de amicorum [de his de Aquilii] sententia responderat? Caecin. 95. de Oppianici sententia responsum est ..; Cluent. 55. quaestio ... de amicorum sententia demissa est; ib. 177. cum de T. Annii, L. Rutilii, P. Saturii ... sententia constitutum esset satis quaesitum videri; ib. 182. quae (mulier) ut .. de amicorum sententia statuerat satis esse quaesitum; ib. 184. quorum de sententia tota res gesta est; Sulla 55. quorum (pontificum) de sententia illa eadem renovata atque instaurata celebrantur; har. resp. 21. qui ... consularibus litteris de senatus sententia exteris nationibus commendabar; Sest. 50. omnes habuerunt leges promulgatas, in eis multas meus necessarius, etiam de mea sententia, C. Cosconius; Vatin. 16. at sunt severi illi de cognatorum sententia ... manu missi; Cael. 68. tandem aliquid invenimus, quod ista mulier de suorum propinquorum ... sententia ... fecisse dicatur; ib. proxime dico ... de senatus sententia C. Valerium Flaccum ... ad populum de Calliphana Veliense ... tulisse; ib. 55. legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus consul de conlegae Q. Metelli sententia; Piso 35. de amicorum sententia rem defert ad senatum; Milo 65. de latronum, hoc est, de comitum suorum sententia condemnat omnis; Phil. V, 114. D. C. S.; Verr. V, 54. f. **consilium,** IV, 1. sententia (11 St.) B. I, S. 649.

ex: ex omnium sententia constitutum est satis videri esse quaesitum; Cluent. 177. M. Flaccus ... ex senatus sententia est interfectus; dom. 102. quam (legem) L. Gellius Cn. Cornelius ex senatus sententia tulerunt; Balb. 19. ex senatus sententia aedificatam domum; Phil. I, 12. quid .. ego ... egi nisi ex huius ordinis ... sententia? ib. II, 11. ei .. statuam equestrem inauratam in rostris ... ex huius ordinis sententia statui placere; ib. V, 41. laudandi sunt ex huius ordinis sententia Firmani; ib. VII, 23. senatui placere Ser. Sulpicio statuam ... in rostris ex huius ordinis sententia statui; ib. IX, 16.

in: recitatae sunt tabellae in eandem fere sententiam; Catil. III, 10. dixerunt in eandem sententiam ceteri; Quir. 17. quae dici in eam sententiam possunt; Cael. 29. — mihi ... neque in sententia simpliciter *e re publica* ferenda fidem ... nec in vestris commodis augendis gratam animi benevolentiam defuturam; Quir. 24. sed quaero in ipsa sententia ... quid reprehendatur; dom. 10. qua quidem in sententia si Cn. Pompei dignitas aucta est ..; ib. 27. (alii) sunt fortasse in sententia firmiores; Balb. 61.

per: per quorum sententias iusque iurandum id adsequantur; Sex. Rosc. 8.

post: post illam sententiam, quam dixeram de annona, pontificum animos esse mutatos; dom. 31.

praeter: omnibus sententiis praeter unam ... Scamander ... condemnatus est; Cluent. 55.

sine: eos sine consilii sententia ... omni supplicio liberavit; Verr. V, 18. syngrapha sestertii centiens per legatos ... sine nostra, sine reliquorum hospitum regis sententia facta in gynaecio est; Phil. II, 95.

sententiola, Sprüchlein, Redensart: sententiolas edicti cuiusdam memoriae mandavi, quas videtur ille peracutas putare; Phil. III, 21.

sentina, Hefe, Auswurf: 1. eicio: o fortunatam rem publicam, si quidem hanc sentinam urbis eiecerit! Catil. II, 7.

exhaurio: exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna et perniciosa sentina rei publicae; Catil. I, 12.

2. loquor de: exhauriendum esse; hoc enim || verbo || est usus, quasi de aliqua sentina ac non de optimorum civium genere loqueretur; leg. agr. II, 70.

sentio, empfinden, fühlen, merken, wahrnehmen, einsehen, verstehen, denken, meinen, urtheilen, stimmen: I. **absolut: 1. unpersönlich:** nisi forte regium tibi videtur ... in senatu sentire libere; Sulla 25.

2. alqs: fateor (me) insanisse qui cum illis senserim; Sex. Rosc. 142. tametsi inermis, iudices, sensi; ib. ut ... ea aeque acerba et indigna videantur esse his qui audient atque illis visa sunt qui senserunt; div. Caec. 38. dixerunt qui senserunt; Verr. I, 127. quod ... contra rem publicam sensisse eum inimici et accusatores eius dicerent; ib. II, 113. nec vereor de tali viro ne plus dicam quam vos .. sentiatis; Caecin. 77. cum vos aliquem contra me sentire dicatis; ib. 78. multorum te .. oculi et aures non sentientem ... speculabuntur atque custodient; Catil. I, 6. si quis est qui Catilinae similis cum Catilina sentire non putet; ib. II, 6. nec cum his sentio qui statuunt ..; dom. 8. hunc nemo erat quin verissime sentire diceret; Sest. 74. ego me a C. Caesare ... dissensisse fateor et sensisse vobiscum; sed nunc isdem vobis adsentior, cum quibus antea sentiebam; prov. cons. 25. atque, ut ego sentio, iudices, causa dicta est; Balb. 15. equidem longe secus sentio; ib. 29. pulsus .. regno Ptolemaeus dolosis consiliis, ... sensit Postumus, Romam venit; Rab. Post. 4. quia Milo semper pro bonis contra improbos senserat; Milo 5. dicam, ut sentio, iudices; ib. 65. oppugnata domus C. Caesaris ... nuntiabatur: nemo audierat tam celebri loco, nemo senserat; ib. 66. qui legem tulit qua, ut ego sentio, Milonem absolvi a vobis oporteret; ib. 70. vereor ut hoc ... perinde intellegi possit auditum atque ipse cogitans sentio; Marcell. 12. etiam si aliter sentiret; Ligar. 21. qui recte et fortiter sentient; Phil. VIII, 22. praesertim cum contra ac Deiotarus sensit victoria belli diiudicarit; ib. XI, 34. cum alios male sentire, alios nihil omnino curare videbam; ib. XIV, 17.

alqd: in hac imbecillitate nostra inest quiddam quod vigeat et sentiat; Milo 84.

aeditumi: foris aedis effringunt: aeditumi custodesque mature sentiunt; Verr. II, 96.

boni: ut boni minus bene sentirent; har. resp. 41.

centuriones: qui ... optime sentientis centuriones iugulaverit; Phil. III, 30.

cives: sunt impii cives, sed ... contra multitudinem bene sentientium admodum pauci; Phil. III, 36.

civitas: qui homines ... corruant, sed ita, ut non modo civitas, sed ne vicini quidem proximi sentiant; Catil. II, 21.

conlegae: reliqui sex (conlegae) fuerunt, e quibus partim plane tecum sentiebant, partim ..; Vatin. 16.

consul: an potest ulla esse excusatio, non dicam male sentienti, sed ... dormienti in maximo rei publicae motu consuli? Piso 10.

corpus: quod (corpus) cum uritur, non sentit; dom. 97.

custodes: f. aeditumi.

filius: cum ... id aetatis autem duo filii propter cubantes ne sensisse quidem se dicerent; Sex. Rosc. 64. neutrumne || neutrum || (filium) sensisse? ib.

maiores: ego ... sic interpretor sensisse maiores nostros; Phil. IX, 3.

mentes: ut ... alii (dicerent) .. tum mentis maxime sapientium ... virorum, cum ex corpore excessissent, sentire ac vigere; Sest. 47.

vicini: f. civitas.

II. **mit Ergänzung: 1. de:** f. **de,** I. sentio (32 St.) B. II, S. 12.

2. **indirecte Frage:** quem ad modum audiar sentio; Cluent. 80. ut, quid agerent, ... sentirem ac viderem; Catil. III, 4. si quid est in me ingenii, ... quod sentio quam sit exiguum; Arch. 1. illa .. certe, quae (in me) summa sunt, ex quo fonte hauriam sentio; ib. 13. cui (M. Cispio) ego ipsi, parenti fratrique eius sentio quantum debeam; sen. 21. cum ... populus Romanus ipse vidit sensitque quantus et quanta dignitate esset || esses ||; dom. 75. qui si sensit quo scelere se devinxerit non dubito quin sit miserrimus; har. resp. 5. cum quod ineas cubile non sentis; ib. 39. * iamne vides, belua, iamne sentis quae sit hominum querella frontis tuae? Piso 1. ecquid vides, ecquid sentis ... quos posthac iudices simus habituri? ib. 94. praesertim qui quid amor fraternus valeat .. praeter ceteros sentiam; Scaur. 35. proinde quasi nostram ipsam mentem ... videre aut plane qualis aut ubi sit sentire possimus; Milo 84. cuius idem consilium quod tuum sentio quam reprehendatur; Phil. XII, 6. quod non sentis quam miser sis; ib. XIII, 34. quamquam sentio, quanta hoc cum offensione dicturus sim; Fr. C, 15.

3. **Accusativ c. Inf.:** ita superiora esse ac plurimum posse his moribus sentit; Quinct. 93. hoc cum sentit Saturius esse apertum; Qu. Rosc. 51. sentio, .. moderandum mihi esse iam orationi meae fugiendamque vestram satietatem; Verr. III, 103. cum senserit istum omne instrumentum aratorum ... vendidisse; ib. 119. his te litteris ... iugulatum esse non sentis? ib. 126. etsi ad salutem communem dari sentiunt; ib. IV, 52. qui nunc tanto scelere se obstrictum esse non sentiat; ib. 71. sentio, iudices, occurrendum esse satietati aurium animorumque vestrorum; ib. 105. postea quam ... praetorem commosse ex eo loco castra senserunt; ib. V, 96. ut quicquid inde haurias purum te liquidumque haurire sentias; Caecin. 78. vident et sentiunt hoc idem quod vos, unum virum esse ..; imp. Pomp. 13. sentio .. vos ... vehementer esse commotos; Cluent. 29. qui (Cannutius) ... Staienum corruptum esse sensisset; ib. 73. versatam esse in iudicio mentionem pecuniae sentiebant; ib. 78. „Fabriciis ... condemnati me esse condemnatum sentiebam"; ib. 81. auctoritatem senatus exstare hereditatis aditae sentio; leg. agr. II, 41. quos leviter immutatos esse sentio; ib. III, 2. patere tua consilia non sentis? Catil. I, 1. sensistine illam coloniam meo iussu [meis] praesidiis ... esse munitam? ib. 8. praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnis impendere tibi proximis Idibus senties; ib. 14. quibus (fame, frigore, inopia) te brevi tempore confectum esse senties; ib. 26. „quem exspectari imperatorem in castris hostium sentis"; ib. 27. necet

ille nunc ... et se perculsum atque abiectum esse sentit; ib. II, 2. hoc etiam sunt timendi magis, quod quicquid cogitant me scire sentiunt; ib. 5. omnia superioris noctis consilia ad me perlata esse sentiunt; ib. 6. quas ego (colonias) universas civium esse optimorum ... sentio; ib. 20. qui .. se in urbe commoverit, ... sentiet in hac urbe esse consules vigilantis; ib. 27. is (senatus) ipse ... confirmationem auctoritatis suae vestrae potestati permissam esse sentit; Flacc. 4. multo acriorem improborum interdum memoriam esse sentio quam bonorum; ib. 103. semper (L. Flaccus) ita sentiet, talem se animum patriae debuisse; ib. 104. sentio, si mei facti rationem vobis ... probaro, causam quoque me P. Sullae probaturum; Sulla 2. quia suam classem attemptatam magno cum suo periculo paene sensit; Quir. 17. cur, cum ego me sensissem tuto omnino in civitate esse non posse, illi senserunt? dom. 8. video me plane ac sentio restitutum; ib. 100. quis est tam vaecors qui .. cum suspexit in caelum, deos esse non sentiat? har. resp. 19. sic .. sentio, ius legatorum ... divino iure esse vallatum; ib. 34. ne id quidem sentis, coniventis illos oculos abavi tui magis optandos fuisse quam ..? ib. 38. quod non sentiunt ... illius ... impetus in se ipsos posse converti; ib. 46. sentient ... brevi tempore manere libertatem illam; Sest. 60. sensit rusticulus non incautus ... suum sanguinem quaeri; ib. 82. quis hoc non sentit, omnia alia esse nobis vacua ab omni periculo ... belli? prov. cons. 30. illum quidem amico animo me habere eodem loco quo principem civem, suum generum, sentiebam; ib. 41. quis est tam demens quin sentiat ius hoc Gaditanis esse retinendum? Balb. 43. cum id defendas, quod esse optimum sentias; ib. 60. tantum locum aliquem cum mihi notum esse senseris; Piso 87. cives Romani ... te unum solum suum depeculatorem ... venisse senserunt; ib. 96. hoc igitur sensimus: ... eum maxime eis hominibus ... esse notum; Planc. 37. postea quam sensi populi Romani auris hebetiores, oculos autem esse acris atque acutos; ib. 66. quibus (lacrimis) ego tum vos mirifice moveri sentiebam; Milo 34. eum Milonem unum esse cum sentiret universus populus Romanus; ib. qui non ... T. Annium plurimum rei publicae profuisse ... et dicat et sentiat; ib. 77. quod minime timendum fuisse (te) senserunt; Marcell. 20. quae iacere sentis; ib. 23. laetari omnis ... de communi omnium salute sentio; ib. 33. qui hoc non sentiat, quidvis prius futurum fuisse, quam ut ..; Ligar. 34. qui (inimicus) ullas resedisse in te simultatis reliquias senserit; Deiot. 9. quod sensistis tam caram populo Romano vitam A. Hirtii fuisse; Phil. I, 37. quibus rem publicam ... caram esse sentiebat; ib. II, 94. nec sentit amens commendationem esse compellationem suam; ib. III, 17. sentiet sibi bellum cum re publica esse susceptum; ib. V, 32. qui .. se ab senatu ... senserit civem carum haberi; ib. 49. postea quam (Brutus) vos ad libertatem sensit erectos; ib, X, 9. ille cum procul esset a consulibus ... nostris neque dum senatum cum populo Romano conspirasse sensisset; ib. XI, 2. non igitur sentis huic causae orbem terrae patere ..? ib. XIII, 30. ex quo (loco) ipsi iam sentiunt se numquam exituros; ib. 31. qui non sentias illo iudicio te non absolutum, verum ..; Fr. B. VIII, 8. longe te a pulchris abesse sensisti; ib. XIII, v, 4.

III. **mit einfachem Object:** alqd: qui et sentire et defendere facile possent; Sex. Rosc. 64. statuere te debuisse, utrum malles sentire atque defendere; Verr. I, 34. haec cum omnes sentirent; ib. 69. quae volt Hortensius, omnia dicat et sentiat; ib. II, 76. cum verba nos eo ducunt tum res ipsa hoc sentire atque intellegere cogit; Caecin. 89. qui (homines) hoc idem sentiunt; Catil. I, 29. qui omnia de re publica praeclara atque egregia sentirent; ib. III, 5. non tam id sentiebam, cum fruebar (fratre), quam tum, cum carebam; Quir. 2. ut hos talis viros ... aliud de summa religione hoc tempore sensuros ac me absente senserint arbitrere; dom. 3. neque tam hoc ille Q. Papirius, qui hanc legem rogavit, sensit neque suspicatus est, fore periculum ne ..; dom. 127. quam multa P. Sestius, cum esset cum conlega meo, senserit, ad me detulerit, quanto ante providerit; Sest. 8. ego ... tantum esse in homine sceleris, audaciae, crudelitatis, quantum ipse cum re publica sensi, numquam putavi; ib. 22. de eius virtute viri quid vos loqui, quid sentire ... oporteat dubitandum putatis? ib. 81. hoc sentire prudentiae est, facere fortitudinis: et sentire vero et facere perfectae cumulataeque virtutis; ib. 86. praesertim cum id non modo intellexerim semper, sed etiam praeter ceteros senserim; ib. 100. alter ... tulerat nihil, senserat tantum de re publica aliud atque homines exspectabant; ib. 114. quid populus Romanus sentire se ostenderet; ib. 117. atque haec, si inimicissimus essem C. Caesari, sentirem tamen rei publicae causa; prov. cons. 40. nolite committere ut in re tam inveterata quicquam novi sentiatis; Balb. 64. ego C. Caesarem non eadem de re publica sensisse quae me scio; Piso 79. ut ..., cui bene quid processerit, multum illum providisse, cui secus, nihil sensisse dicamus; Rab. Post. 1. scitis me ... omnia semper sensisse pro vobis; ib. 15. sin hoc nemo vestrum ita sentit; Milo 31. ut intellegatis ... licere vobis quid sentiatis libere iudicare; ib. 71. quae semper in civili victoria sensimus; Deiot. 33. cum ... Pompeius ... sero .. ea sentire coepisset, quae multo ante provideram; Phil. II, 24. ego quid ille et contra ille quid ego sentirem et spectarem videbat; ib. 38. quamquam ne ei (latrones) quidem ipsi, quod loquuntur, id sentiunt; ib. IV, 9. ut quod sentio dicam; ib. V, 3. unum sentitis omnes, unum studetis; ib. VI, 18. cur ... ea sentis, quae sint inimica ... dignitati tuae? ib. X, 3. sensimus hoc nuper falso nuntio; vero prope diem sentiemus; ib. XIII, 45. ſ. II, 3. imp. Pomp. 13. har. resp. 38. prov. cons. 30. Planc. 37. Ligar. 34. — **idem,** C, III, 2, a. sentio (15 St.) B. II, S. 539, a. — **qui,** C, **e,** II, 1. sentio (41 St.) S. 154. — **quis,** C, **b,** I, 2, a. sentio (32 St.) S. 195, b.

damna, detrimenta: quod ... Centuripini ... etiam ceterarum civitatum damna ac detrimenta senserunt; Verr. III, 108.

imperium: et post M. Antonii infinitum illud imperium senserant; Verr. II, 8.

suavitatem: ut quidam morbo aliquo ... suavitatem cibi non sentiunt; Phil. II, 115.

IV. **mit doppeltem Accusativ:** puerum appellat, quem non modo virum, sed etiam fortissimum virum sensit et sentiet; Phil. XIII, 24.

separatim, abgesondert, besonders: accipio: audierat ex illo se a me bis salutem accepisse, separatim semel, iterum cum universis; dom. 134.

cognosco: de illo ipso separatim cognoscite; Cluent. 64. de agro Campano separatim cognoscerent; Phil. V, 53.

dissolvo: requiro, quam ob rem ... HSCCCIↃↃↃ separatim Fannio dissolverit; Qu. Rosc. 40.

noto: quae ... separatim suo nomine notanda censeo; Phil. V, 21.

perscribo: hoc vel coniungi cum hoc senatus

